



## **Epistolae III de vita sancti Martini.**

<https://hdl.handle.net/1874/328581>

tali uito oderint. Illud facile confido:  
omnibus sanctis istud opusculum gratum fo-  
re. De cetero si quis hec infideliter legerit:  
ipse peccabit. Ego michi conscius sum.  
me rerum fide. & amore christi impulsu  
ut scriberem: manifesta exposuisse. ue-  
ra dixisse. Paratumque ut spero habe-  
bit a deo premiū: non quicumque lege-  
rit: sed quicumque crediderit.

**INCIPIT EPISTOLA SEVERI AD  
EVSEBIVM. P. BR. O.**



**POSTEA EPIS  
COPV O. I.**

esterna die cum ad **H**esternadie  
me plerique monachi  
uenissent. inter fabu-  
las iuges. longumque  
sermonē. mentio in-  
cidit libelli mei. quē

de uita beati uiri martini edidi. stu-  
diosaque eum a multis legi libentissime  
audiebā. Interea indicatur michi di-

xisse quendam malo spū suscitatum.  
cur martinus qui mortuos suscitasset.  
flammas domib; depulisset: ipse nup  
adustus incendio. periculose fuisset ob  
noxio<sup>9</sup> passioni. O istum quisq; est mi  
serum iudeoz in uerbis eius pfidiam.  
& dicta cognoscimus. qui in cruce po  
situm dñm his uerbis increpabant.  
Alios saluos fecit: se ipsum saluū facere  
non potest. Vere plane iste quicumq;  
est. si illis temporib; nat<sup>9</sup> esset. & in dñm  
hac uoce dicere potuisset: qui simili san  
dñi blasphemac exemplo. Quid ergo qd  
qd es? Martinus ideo non potens. ideo  
non scs: quia est perichitatus incendio.  
O beatū & p omnia similem apłis. etiam  
in his conuiciis uirū. Nempe hoc & de  
paulo gentiles cū eū uipa momordisset  
sensisse referunt. Hic homo debet ho  
micida esse: quē saluū factum de ma  
ri. fata uiuere non siuerunt. At ille ex  
cussa uipera in ignē: nichil mali pa

tebat. Illi autem subito casurum. & re-  
pente eum morturum putabant. Sed cum  
uiderent nichil mali contingere ei:  
conuertentes se dicebant eum dominum esse. Ali-  
oquin uel horum exemplo. omnium mor-  
taliu[m] infelicissime perfidiam tuam co-  
arguere ipse debueras. ut si tunc scanda-  
lum mouerat quod Martinus flamma  
ignis uidebat[ur] attactus. hunc rursum  
attactum ad merita illius & uirtute[m]  
referres. quod circumseptus ignibus non  
perisset. Agnosce enim miser. agnosce  
quod nescis. omnes fere sanctos magis insignes  
periculorum suorum fuisse uirtutibus. Uideo  
quidem petrum fide potentem. rerum  
obstante natura. mare pedibus superges-  
sum. & stabiles aquas corporeo pressis-  
se uestigio. Sed non ideo minor mi-  
chi uidetur gentium predicator. quem flu-  
ctus obsorbuit. & post triduum totidemque  
noctes. emergentem ex profundo unda re-  
stituit. Atque uisio an pene plus fuerit.

uixisse in profundo. an supra maris  
profunda transisse. Sed hec tu ut ar  
bitror stulte non legeras. aut lecta  
non audieras. Neq; enim absq; di  
uino consilio istiusmodi exemplum  
beatus euangelista sacris litteris pu  
lisset. nisi ut ex his humana mens  
erudiret naufragioꝝ atq; serpentiu  
casus. Et sicut apłs refert. qui nudi  
tate. fame. latronuꝝq; piculis glatur.  
om̃ia hec sc̃is hominib; atq; om̃ib;  
ad ppetiendum q̃dem esse cōmunia.  
sed his tolerandis atq; uincendis  
precipuanı semp uistoru fuisse uir  
tutem. dum p om̃ia temptamenta  
patientes. semp inuicti. tanto fortius  
uincerent. q̃nto grauius p̃tulissent  
Vnde hoc qđ ad martini infirmitatē  
uocatur. plenū est dignitatis & gl̃e.  
siquidem piculosissimo casu tem  
ptatus euicerit. Ceterum omissum  
a me in libello illo. quē de uita illi

scripsimus. nemo miret̃. cum ibidem  
sim p̃fessus. me n̄ om̄ia illius facta cō-  
plerum: quia si p̃sequi uniuersa uolu-  
issem. immensum uolumen legent̃  
b̃ edidissem. Neq; sunt tam parua  
que gessit: ut om̄ia potuerint comp̃-  
hendi. Sed tamen hoc de quo questio  
incidit latere non patiar. & rem om-  
nem ut gesta est referam: ne forte in-  
consultum hoc q̄o ad uitupationem  
beati uiri poterat opponi p̃t̃misisse  
uideamur

. I . I .

**C**um ad diocesim quandam p̃ sollem  
p̃ni consuetudine. sicut ep̃is uisitare  
ecclesias suas moris est. media fere hieme  
martinus uenisset. mansionē ei in secre-  
tario ecclesie clerici parauerunt. multūq;  
ignē scabro iam p̃tenui pauimento sub-  
diderunt. & lectum ei plurimo stramine  
exstruxerunt. Dein cum se martinus  
cubitum collocasset. insuetā molliciem  
strati male blandientis horrescit. q̄ppe

qui nuda humo uno tantum cilicio  
superiecto cubare consueuerat. Itaque  
quasi accepta p̄motus iniuria: stram̄  
tum omne p̄iecit. Casu sup̄ fornaculā  
partem palee illi<sup>9</sup> quam remouerat  
aggessit. Ipse ut erat moris nuda hu  
mo lassitudine itineris urgente requi  
euit. Ad mediam fere noctem. p̄ inter  
ruptum ut supradiximus pauimentū  
ignis estuans: arecentes paleas apphen  
dit. Martinus somno excitatus. re mo  
pinata. ancipiti p̄iculo. & maxime ut  
referebat diabolo insidiantē atq; urgen  
te preuentus: tardius q̄ debuit ad ora  
tionis confugit auxilium. Nam erum  
pe foras cupiens. cum pestulo quē ostio  
obdiderat. diu multūq; luctatus. grauē  
simum circa se sensit incendium: adeo  
ut uestem qua indutus erat ignis as  
sumpserit. Tandem in se reuersus.  
non in fuga sed in dño esse presidū.  
scutum fidei. & orationis arripiens

medius flammis totus ad dñm conũ  
sus incubuit. Tum uero diuinitus  
igne submoto. innoxio sibi orbe fla  
marum orabat. Monachi autem q̄  
p̄ forib; erant. crepitante. & colluc  
tante incendiũ sono. obseratas effrin  
gunt fores. demotoq; igne. medius  
flammis martinum auferunt. cum  
iam penitus esse consumptus tam  
diuturno incendio putaretur. Ceterũ  
uerbis meis dñs est testis. michi ipse  
referebat. & non sine gemitu fateba  
tur. in hoc se diaboli arte deceptum.  
ut excussus e somno. consilium non ha  
beret. quo p̄ fidem & orationem per  
iculo repugnaret. Deniq; tam diu cir  
ca se seuisse ignẽ. quãdũ erumpe osti  
um turbat̄ mente temptauerit. Ubi  
uero auxilium crucis. & orationis ar  
ma repetisset. medias cessisse flamas.  
seq; tum sensisse rorantes. quas male  
esset exptus urentes. Unde intelligat



quisquis hęc legerit: non temptatū  
quidem illo martinum periculo. s;  
pbatū. **INCIPIT ALIA EIVSDEO.**

**AD AURELIVO.**

**DIACONEO;**

ostea quam a me mane  
digressus es. eram resideret  
solus in cellula. subierat  
q; me illa que; sepius  
occupat cogitatio.

spes futurorū. presentiumq; fastidi-  
um. iudiciū metus. formido penarū.  
Et quod consequens erat. atq; unde  
cogitatio tota descenderat. peccatorū  
meorū recordatio tristem me confe-  
ctumq; reddiderat. Deinde cum fa-  
tigata angore animi in lectulo mē-  
bra posuissem: ut plerūq; ex mestit-  
tudine solet. somnus obrepit. Qui  
ut sup<sup>temp</sup> matutinis horis leuior incet-  
tusq; ita suspensus ac dubius. p mē-  
bra diffunditur: ut quod in alio

sopore non euenit: pene uigilans do-  
mire te sentias. Cum repente sc̄m mar-  
tinum ep̄m uidere in uideor preter-  
tum toga candida. uultu igneo. stil-  
lancibz oculis. crine purpureo. atq;  
in ita in ea habitudine corporis for-  
maq; qua noueram uidebatur: ut  
quod eloqui nobis pene difficile est.  
non possit aspicq;. cum posset agnos-  
q;. arridensq; in paululum. libellum  
quem de uita illius scripseram. dext̄  
preferabat. Ego sc̄a genua eius com-  
plerus. benedictionē p̄ consuetudine  
flagitabam: suppositamq; capita  
meo manū. tactu blandissimo sen-  
tebam. Cum inter benedictionis uer-  
ba sollempnia familiare illud ori-  
suo crucis nomen iteraret: mox in eū  
luminibz intētus. cum exsariari uul-  
tu illius conspectuq; non possem. sub-  
ito in sublime sublatus eripit: do-  
nec imensa aeris istius uastitate. cū

tamen rapida nube subuectum. acie se-  
querem oculorum. patenti celo receptus.  
uideri ultra non potuit. Hec multum  
post. scilicet presbiterum clarum discipulum  
illius qui nup̄ excesserat. uideo eandem  
quam magistrum uiam scandere. Ego im-  
pudens sequi cupiens. dum altos gres-  
sus molior. & conitor euigilo. somnoq;  
exercitus congratulari ceperam uisioni.  
Cum ad me puer familiaris ingreditur.  
solito tristior. uultu loquentis pariter  
& dolentis. Quid tu tam tristis loquor gestis.  
Duo inquit monachi a turonis affuerunt.  
dominum martinum obisse nuntiant.  
Concedi fateor. obortisq; lacrimis. fleui  
uberrime. Quin etiam dum hec ad  
te frater scribimus. fluunt lacrimae.  
Inec nullum impatientissimum doloris  
admitto solacium. Te uero ubi hoc  
nuntiatum est. participem esse uolui  
luctus mei. qui eras socius amoris.  
Veni ergo ad me statim ut pariter

lugeam? quem pariter amam? q̄.  
quā sciam uirum illum non esse lu-  
gendū. cui post euictum triumphā-  
tumq; sc̄lin. nunc demū reddita est  
corona iusticie. Sed tamen ego non  
possum m̄ imperare. quin doleam.  
Premisi quidem patronū. sed solacium  
uite presentis amisi. Et si rationē ullā  
dolor admitteret: gaudere deberem.  
Et est enim ille ut est confertus aplis. ac  
pphetis. & q̄d pace sc̄orū omniū dixē-  
rim. in illo iustorum grege. nulli sed̄s  
ut spero. credo confido. illis potissimū  
qui stolas suas in sanguine lauerunt  
aggregatus. agnū ducem ab om̄i in-  
teger labe comitatur. Nam licet eira-  
tio temporis non potuerit prestare  
martyrium. gl̄a tamen martyris nos  
carebit: quia uoto atq; uirtute. & po-  
tuit esse martyr. & uoluit. Quod si  
ej neromanis decianisq; temporibz  
in illa que tunc extat dimicare con-

gressione licuisset. testor dñm celj atq;  
terre spon te aculeum ascendisset. ul  
tro se ignib; intulisset. hebreisq; pue  
ris equandus inter flammarũ glo  
bos media licet ymnũ dño fornace  
cantasset. Quod si ysaiãũ illud sup  
plicium psecutori forte placuisset.  
numq; pfecto impar pphete ferris &  
lãminis defecari membra timuisset.  
Ac si precis rupib; abruptisq; montib;  
agere felicem furoz impius maluisset.  
phibeo confusus testimonium uerita  
tis spon te cecidisset. Si uero gentium  
doctoris exemplo gladio deputat<sup>us</sup> mĩ  
alias ut sepe puenit uictimas duceret.  
p̄mus omnium carnifice compulso  
palmam sanguinis occupasset. Jam  
uero aduersus om̄s penas atq; suppli  
cia quib; plerũq; humana cessit infir  
mitas. ita a confessione dñj non recederet.  
immobilis obstatisset. ut letus ulcerib;  
congaudensq; cruciatib; quẽlibet int̄


tormenta risisset. Sed quãquã ista nos  
tulerit: impleuit tamen etiam sine  
cruore martyrium. Nam quas ille p  
spe eternitatis humanorũ dolorũ non  
p̄tulit passiones. fame. uigiliis. nudita  
te. ieiuniis. obprobriis inuidorũ. insectati  
onibus improborũ. cura p̄ infirmanti  
bus. sollicitudine p̄ p̄dicantibus. Quo  
enim ille dolente non doluit. Quo  
scandalizante non uisus est. Quo pe  
nite non genuit. Preter illa cotidia  
na illius aduersum humane spiritualis  
q; nequitie diuersa certamina. dum in  
eo uariis temptationibus appetito semp̄  
erupat fortitudo uincendi. patientia  
expectandi. equanimitas sustinendi.  
O uere ineffabilem uirum. pietate. mi  
sericordia. caritate. que cotidie etiam in sc̄is  
uiris sc̄to frigente frigescit. in illo tam̄  
usq; ad finem aucta in dies pseuerauit.  
Quo ego illius bono uel specialiter fruitus  
sum: cum me indignũ. & ñ merentẽ

unice diligebat. En rursus lacrimae  
fluunt: imoque de pectore gemitus  
erumpit. In quo michi post haec ho-  
mine similis requies? In cuius erit  
caritate solatium? Me miserum. me  
infelicem. poterone unquam si diutius  
uixerem non dolere. quod martino su-  
perstes sum? Erit post haec uita iocun-  
da: erit dies aut hora sine lacrimis?  
Aut tecum frater dilectissime poterom  
huius mentionem habere sine fletu: aut  
unquam loquens apud te: aliud quam de il-  
lo loqui poterom? Sed quid te in lacri-  
mas fletusque commoueo? Ecce nunc  
consolatum esse te cupio: qui me so-  
lari ipse non possum. Non deerit no-  
bis ille: michi crede non deerit. Inter-  
erit de se sermocinantibus. astabit orati-  
onibus. quodque iam hodie prestare digna-  
tus est. uidendum se in gratia sua sepe  
prebebit: & assidua sicut ante paulu-  
lum fecit benedictione nos proteget.

Inde scdm ordinem uisionis qua celū  
sequentibz se patere monstrauit. quo  
sequendus esset edocuit: quo spes nr̄a  
tendenda. quo animus dirigendus in-  
struxit. Quid tamen fiet frater; qđ mi-  
chi ipse sum conscius. Conscendere ar-  
duum illud. ac penetrare non potero:  
ita sarcina molesta me pregrauat. &  
peccatj mole depressum. negato in ascē-  
scensu. seua miserabilem ducit in  
tartara. Spes tamen sup̄est illa sola. ul-  
la postrema: ut qđ p nos optinere n̄  
possumus. saltem p nobis orante mar-  
tino mereamur. Sed quid te frater  
diutius occupo. eplā tam loquaq. de-  
mororq; uenturū. Simul iam pagi-  
na impleta non recipit. Michi tamē  
hec fuit ratio. sermonē istū longius  
pferendj: ut quia doloris nuntium  
eplā deferrebat: eadem tibi ex quadam  
nostrij confabulatione prestaret carta  
solacium.



INCIPIT EPISTOLA SEVERI SVLPICII  
CII. AD SOCROS SVAS BASVLE



QUALITER BEAT  
MARTIN. BEHAC  
VITA. ABIERIT  
ulpicius seuerus  
basule parenti ue  
nerabili salutem.  
Si parentes uoca  
ri in ius liceret. et  
plane expilationis  
furtiq; ream ad p

toris tribunal iusto iore traheremus.  
Quid enim? Non conquerar qua a te pa  
tior iniuriam. Nullam michi domi  
cartulam. nullum libellum. nullam  
epistolam reliquisti. ita furaris omnia.  
ita uniuersa diuulgas. Siquid ad a  
micum familiariter scripsi. siquid for  
te dum ludimus. qd uelim tamen oc  
cultum esse dictauy. omnia pene ad te  
prius q; fuerint scripta aut dictata

pueniunt. Nimirū oberatos habes  
notarios meos: p̄ quos tibi nr̄e ineptie  
publicant̄. Nec tamen aduersum eos  
possum moueri si tibi parent. qui in  
uis nr̄m ex tua potissimum liberalitate  
uenerunt: seq; adhuc tuos q̄ meos esse  
meminerunt. Tu sola es rea. tu sola  
culpabilis. que & michi insidiaris.  
& illos fraude circūuenis: ut sine deli-  
cto ullo familiariter scripta. aut neg-  
ligenter emissa. illucubrata tibi peni-  
tus atq; impolita tradant̄. Nam ut  
de reliquis taceam. rogo quē admodū  
tam cito ad te eplā illa potuit puenire.  
quā nup̄ ad aurelium diaconum sc̄p̄-  
seramus. Ego enim colōse positus.  
tu trēueris constituta. & tam longe a  
patria filio inquietante diuulsa. q̄  
tandem familiarem illam eplām oc-  
casionē furata es. Namq; accepi litte-  
ras tuas quib; scribis in eādē eplā. q̄  
de obitu domini martini fecer̄ m̄tionē.

ipsum beati uiri transitum exponere  
debuissim. quasi uero ego ullam eptam  
aut legendam aliu preter quam ipsi ad  
que missa uidetur ediderim. aut ego  
tanto operi sim destinatus. ut omnia  
que de martino cognosci oportet. me  
potissimum scribente notescant. Itaque si  
qua de obitu sci epi audire desideras.  
ab illis potius qui interfuere cognos-  
ce. Ego tibi statim nichil scribere  
ne ubique me publices. Tamen si da-  
fidem nulli te esse lecturam. paucis  
tue satisfaciam uoluntati. itaque presta-  
bo his que michi sunt compta parti-  
cipem. **EXPLICIT EPTA SEVERI.**  
**INCIPIT DE TRANSITU SCI MARTINI.**

In octava  
beati martini.  
lectio prima.



**ARTIUS TINI**  
igitur obitum suum  
longe ante presauit.  
dixitque fratribus dissolu-  
tionem sui corporis  
imminere. Interea